



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 70. Francisci de Comitibus Cardinalis mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

rupit, & paulopost vigesimo tertio æta- Sæcul. XVI.
 tis suæ anno vita decessit, nec visa Hi- A.C. 1521.
 spania, nec lustrato Archiepiscopatu
 Toletano. Conditus est post obitum in
 Cænobio Cœlestinorum Heverle dicto
 prope Lovanium ex Patris sui sumpti-
 bus ædificato, ubi hodie ejus inscriptio
 sepulchralis legitur.

§. LXX.

*Francisci de Comitibus Cardina-
 lis mors.*

Alter ex Cardinalibus, qui hoc anno Ciacon. l. cit.
 obiit, erat Franciscus Conti, ex Aubery hist.
 vetustissima Principum de Comitibus fa- Card.
 milia ortus, quam duo Pontifices, In- Panvin. de
 nocentius III. & Gregorius IX. plures Rom Pontif.
 que Cardinales illustrarunt. Parentes Vittorel in
 habuit Jacobum de Comitibus, & Eli- addit. Ciac.
 sabetham Carafam. Is fuit (ut testatur
 Ciaconius) *egregia indole, industria ac*
pietate necnon civilium rerum peritia lauda-
bilis. Hinc Campsanum Archiepiscopa-
 tum in Neapolis Regno adeptus est, die
 vero prima Julii anno Domini millesimo
 quingentesimo decimo septimo a Leone
 X. Presbyter Cardinalis titulo S. Vita-
 lis renunciabatur, cui idem quoque
 Pontifex sigillum Collegii Cardinalitii
 custodiendum commisit. E vita migra-
 vit in Veliterna Diæcesi feria secunda
Hist. Eccles. Tom. XXXIV. I die

Sæcul. XVI. die quinta Junii, adeo pauper, ut juxta
A.C. 1521. quorundam Scriptorum testimonium nequidem pro exequiarum sumptibus necessarias relinqueret pecunias. Corpus ejus, Leonis jussu Romam delatum conditum est in Ecclesia S. Vitalis.

§. LXXI.

Thomæ Bacocii Cardinalis extrema.

Ciaron. in. Leon. X. p. 102.
Auberii l. c. Victorel. in add. ad Ciac.
Tertius erat Cardinalis Thomas Bacocius Strigoniensis Archiepiscopus, & in Hungaria Status Minister. Is natione Hungarus in oppido Herdovi Vespriniensis Diocesis ex mediocri fortunæ parentibus natus erat, & solo meritorum suffragio regnantibus Matthia Corvino, & Ladislao V. ad supremas dignitates evehebatur, ac primo quidem Agriensi Cardinali aliquamdiu a secretis fuit, tanta deinde valuit auctoritate, ut non solum Regis Hungariæ Cancellarius, sed etiam primo Tauriensis, dein Seniensis Episcopus, mox Archiepiscopus Strigoniensis electus fuerit. Postea in Cardinalium Senatum Ladislai Regis, & Reipublicæ Venetæ precibus ab Alexandro VI. die vigesima quinta Septembris Anno Christi millesimo quingentesimo adlectus, mox ab eodem Rege Status Ministerio præfectus fuit: Anno autem salutis millesimo

Jhuans. hist. Hung. l. 3. § 6.
Du Brav. l. 32. & 33.

mo